Mandato relativo ad un'indagine sui beni mobili dei ribelli di quella provincia.

Basilicata University Press
–
Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Mandato relativo ad un'indagine sui beni mobili dei ribelli di quella provincia.

1269-04-01

Karolus etc. Eidem Iustitiario etc. Cum de equitaturis animalibus victualibus armis et bonis aliis mobilibus Guillielmi de Parisio, fratris Omistacii, Guillielmi de Syponto, Biscurrani de Biscurro, Roberti de Canalibus, Rogerii de Dragone, judicis Primarii de Sora et filiorum eius, Berardide Cotignola et filiorum eius, Tudini Roffridi de Vinginente, Nicholai Bernardi de Leone et filii, Mathei Polluti et fratris, Nicholetti de Messana, magistri Iohannis Indulcii, Stephani de Denca de Barolo, Henrici de Caletogerone, Nicholai Salingerre, Guillielmi Danielis, Iannucii de Troia, habitatorum Corneti, judicis Iohannis de Peregrino de Corneto Comestabuli Escoli, Alberti Consani, Alphanelli Nisii, de eadem terra, Marci de Rocca Sancte Agathes, nec non aliorum proditorum nostrorum Alesini, Guillonisii et aliarum terrarum Iustitiariatus tui, quorum bona sunt ad opus nostre Curie publicata per procuratores... Curia nostra velit plenius edoceri, f. t.... mandamus quatenus... procuratoribus ipsis... vel aliis de terris eisdem... sub pena X unciarum auri... precipias ut tertio post madatum tuum in Magna Curia nostra coram Mag. Rationalibus... debeant comparere, certificaturi... de premissis, de die vero mandati, de pena cuilibet... imponenda, nominibus et cognominibus singulorum, coram quibus, cum forma presentium, et quicquid inde feceris Curie nostre scribas.Nichilominus ex parte Curie nostre iniungas sub eadem pena Priori Sculcule, Nicholao Tancredi de Fogia, judici Bartholomeo de Precina, Guillelmo de Manasco de Corneto et judici Luce de Esculo ut pro causa predicta in eodem termino in nostra Curia debeant comparere. Datum Fogie, IIII januarii, XII ind. (1269).